



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis Leniendæ

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.6. Marci incredibilis fides, & constantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)



stis, aliisq; vulneribus, sed etiam fame e-  
necti defecerunt. Defecerunt & alij ho-  
mines, vnus post alterum. 12. Hic nobilis  
ille *Marcus* inuitatus est claros viros *Casilina-*  
*tes*, qui cum *Hannibalis* obsidionem pateren-  
tur, alimentorum facultate defecti, lora, co-  
riacq; necessarijs vsibus subducta, atq; à scutis  
detractas pelles feruenti aqua resolutas ede-  
runt, & tali cibo uti sustinuerunt, ne fidei con-  
stantiam Romanis prestitam violarent. 13.  
Nec aliter quidem *Creteusium* nobilis animus  
egit, qui in arce obsessus ad ultimam penuriam  
compulsus fuit, ac iumentorum vrina sitim  
correxit; quia dum vincit timuit, id passus est,  
quod victor eos pati cogere non potuisset, ut ait  
*Julius Frontinus*. 14. Itaque tandem exhau-  
sta præsidij arce, solus *Marcus Guterrius* vl-  
timusque superfuit. Quis hunc militem  
non laudaret? quis non officio, & sacra-  
mento satisfacisse iudicaret? I, *Marce*, ge-  
nerosè te gessisti. Nemo poterit te imbel-  
liæ, aut timoris arguere. Ipse *Didacus* non  
potuit tantum à te expectare. Dudum ipse  
arcem tradidisset. Serua nunc te, plus serua-  
bis, quàm si decem arces seruares.

VI,  
MARCI  
INCREDI-

Puſillanimes facile acceptaſſent hanc  
exculationem, vti omnes proni ſumus ad  
cauſas



causas excusationis, in nostris rebus, reperiendas. At longè aliter Marcus, qui solus superstes sedulus per arcem vndique discurret, & quasi multi in ea superessent, nunc per hanc, nunc per illam fenestram iaculatus hostem terruit. Solus excubitor, solus circitor; solus dux & miles. Nemo enim cum eo fuit, nisi Deus, & Angelus, & animi inuicta fortitudo. Et tamen interea erant ei cibi animalium coria, herba demum, ac mures, & cuiusvis generis bestia, quam occupare poterat. Videte quàm in pretio magno habendi sint fidi duces & milites, qui etsi subinde lætam felicemque horam fortiantur; etsi subinde opima præda potantur; tamen longè sapius asperos dies & casus experiuntur. Quid igitur tum *Marcus* fecit? His quoque ipsis abominandis cibis consumptis, arcem hosti non parefecit; sed admirando consilio, *suspensis ad collum arcis clauibus, inedia fameque consumptus ad portam interiorem turris, in medio cardine fere exanimis prostratus decubuit.* Quid facis, ô miles? arcem & vitam perdes, trade arcem, serua vitam. Sat diu durasti. Nemo te poterit ignauia accusare. Dudum poteras præsidium dedere. Excusabit te diuturnitas ob-

adionis;

BILIS PLO  
DES, ET  
CONSTAN-  
TIA.

314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325



fidionis; militum omnium mors, defectus ciborum; denique, quia solus es, etiam cum honore castrum resignabis. Nihil horum mouit Marcum; pugnauit uiuus, pugnare uult & mortuus, & quantum datur, uult obistere hosti ingressum tentaturo. Clauibus, uelut aureo torque, è collo suspensis iacet ante portam. *Sic mansit integra die. Effecit igitur Marcus spiritu & uiribus deficiens, quod incolumis patrare solitus erat. Unde moriens se in media porta intrantibus obicem opposuit, ut nemo nisi supra eum intraret, cum nullus dum uideret contra eum ingredi potuerit.* Sic pugnant, qui pro honore pugnant. Hæc generosam mentium est fortitudo. Hæc fortium uirorum fidelitas.

## VII.

ARX ANO-  
BIS SER-  
VANDA  
EST ANI-  
MA NO-  
STRA.  
LUC. II.  
81

Dedit Deus unicuique animam suam custodiendam; quam diabolus obsidet, & varijs artibus allicit, oppugnat, arietat. De hac enim locutus est Dominus, quando dixit: *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, que possidet. Si autem fortior eo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.* O quam nos à Guterrio multum distamus; ille non suam, sed Didaci de Haro arcem tam constanter, usque ad more